Brusio, 9 maggio 1505

Convenzione tra la vicinanza di Brusio e il prete Agostino de Meda in merito alla ratifica della nomina e al godimento dei beni delle chiese della Santissima Trinità e di S. Agata

(Scritta sul dorso della pergamena:) Ratificatio facta per agentes Bruxii in reverendo domino presbitero Augustino de Meda 1505 die 9 maii et pro separatio ab ecclesia (sancti) Victoris

filius
tamque sindici et procuratores vicinantie
vice omnium singullarum personarum vicinantie seu loci de (Bruxio ex altera)
parte se concorditer et unanimiter pervenerunt ad hec pacta et conventiones
infrascriptas namque in primis (prefatus) dominus presbiter Agustinus liberavit et
(liberat) ipsos Bonatum Martinum Bertramum $Iohannem et Romerium sindicos et procuratores
stipulantes et recipientes eorum propriis nominibus et nominibus et vice omnium et singullarum personarum
(et hominum) de Bruxio de omni onere ac de omnibus pactis conventionibus et obligationibus per eos de Bruxio factis et
in manibus ipsius domini presbiteri Agustini ratione et occaxione illarum librarum sexsagenta imperialium ei domino prebitero Agustino singullo ano solvendarum per eos de Bruxio ut constat per publicum instrumentum obligationis et pactorum rogatum per ser Gotardum de Ronariis notarium publicum ano inditione die et mense in eo descriptas. Ita ut de cetero dicti de Bruxio non cogi possint per ipsum dominum presbiterum Agustinum de contento in eo preterea. Idem dominus presbiter Agustinus ipsis sindicis superius descriptis stipulantibus et recipientibus eorum propriis nominibus ac nominibus et vice ut premititur promissit et solempniter per stipulationem convenit obligando omnia eius bona pignori presentia et futura omni tempore, ipso preffato domino presbitero Agustino vivente et bona ipsarum preffatarum ecclexiarum in instrumentis inventarii earum preffatarum ecclexiarum descripta possidente, conservare et relevare predictos de Bruxio indemnos et inlexos ac penitus sine briga tam ab ecclexia sancti Victoris de Pusclavio quam etiam a comune de Pusclavio de et pro illo cereo ipsi preffate ecclexie sancti Victori promisso per eos de Bruxio dare et consignare singullo ano in quolibet festo sancti Victoris ut in instrumentis separationis continetur, ac etiam de omnibus pastis preminentiis expensis et aliis actionibus tam ipsi preffate ecclexie sancti Victoris quam comuni et hominibus de Pusclavio in festivitatibus sanctissime Trinitatis et sancte Agate de iure p(restari debentur nominative)...tam ab ipsis preffatis ecclexiis sanctissime Trinitatis et sancte Agate quam ab hominibus de Bruxio chentibus. $Item idem dominus presbiter Agustinus eas ecclexias sanctissime Trinitatis et sancte Agate (possit) illuminare facere suficienter iuxta$ antiquas consuatutidines et eas preffatas ecclexias bene et earum campanas ad omnes horas pulsare seu pulsare facere ac etiam omnia alia et singulla necessaria circha dictas preffatas ecclexias facere prout alii monici iam ad eas preffatas ecclexias constituti facere consueverant et ipsi sindici superrius nominati et agentes eorum propriis nominibus ac nominibus et vice dicte vicinantie de Bruxio et omnium et singullarum personarum dicte vicinantie de Bruxio loco et scontro predictorum omnium et singullorum per eum dominum presbiterum Agustinum promissorum ipsi domino presbitero Agustino dederunt et assignaverunt ac dant et assignant ad gaudendum et possidendum ac gubernandum omnia et singulla bona ipsarum preffatarum ecclexiarum sanctissime Trinitatis et sancte Agate in instrumentis inventarii descripta et notata, ceterum vero ipsi sindici et agentes eorum propriis nominibus ac nominibus et vice ut premittitur laudaverunt confirmaverunt et aprobaverunt ac laudant ratificant et aprobant instrumenta ellectionis et confirmationis facta in predictum dominum presbiterum Agustinum in et super beneficiis proventiis fructibus redditibus et oblationibus ipsis preffatis ecclexiis tam de iure quam de consuatutidine spectantibus et pertinentibus et machime ut in ipsis instrumentis latius continetur et fit mensio, reservatis denariis sochi[1] in semiterio ipsius preffate ecclexie sanctissime Trinitatis siti qui dinarii singullo anno unanimiter et concorditer per eum preffatum dominum presbiterum Agustinum et per eos de Bruxio seu per procuratores ipsius preffate ecclexie constituti per eos de Bruxio distribuantur ad utillitatem ipsius preffate ecclexie sanctissime Trinitatis et dicte (ambe partes)... presbiter Agustinus et dicti de Bruxio seu procuratores per eos constituti de ipsa habere debeant singullas claves pro claudendo et aperiendo dictum socum et quod (nemo) audeat nec presumeat aperire dictum socum sine licentia et voluntate (Que) pacta et conventiones dicte
ambe partes et agentes ipsi sindici et (procuratores) eorum nominibus ac nominibus et
vice totius dicte vicinantie de Bruxio dicti loci de Bruxio se

[1] Socum = ‚sciücc‘ che serviva quale forziere

se vicissim et una pars alteri et solempniter per stipulationem convenerunt
obligando omnia earum partium bona pignori omni tempore habere rata grata vallida
et firma ac atendere et observare in pena totius damni expensarum et interesse
et omnium expensarum solempni stipulatione ....suis propriis damnis expensis et interesse
illius partis non atendentis nec observantis............ et eius$ heabent.$ et sine damno
expensis et interesse illius alterius partis atendenti et observanti volenti et eius$ habent.$
et hec omnia in bonis denariis numeratis (tantum) $ nec nominibus debitorum nec
in aliqua alia re nec substantia et singula atendenti et
observare volenti et eius$ omnibus provixionibus et ordinamentis
comunis Pusclavii premissis omnibus et
singulla rogaverunt instrumenti semel
et plura semper ratificando (terri)torio Pusclavii
in contrata Bruxii in stufa unde plura
Interfuerunt ibi testes ad filius condam
Guielmi olim Petri de Yssepo filius condam Boni de Guielmo omnes
de Bruxio et pro notariis dominis Romerius filius ser $Antonii
de Lucino de Tirano $utsupra et p. atque
ydonei.

(ST) Ego notar. comunis Pusclavii
natu instrumenti
pacto glossis $sic
dicent$ -missorum meque hic subscripsi.

(Archivio parrocchiale cattolico di Brusio; documento rosicchiato ed in cattivo stato di conservazione)